



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion, Sive Manuale Confessariorvm Et  
Poenitentivm**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

Idem, Pio Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**



I D E M ,

PI O L E C T O R I S .

**N**VM Q V A M adeo noui, candidate Lector, illud omnibus notum. Curę posteriores meliores, vt in hac huius nostri Enchiridij, siue Manualis recognitio- ne vltima. Siquidem cum illud ante hac ter recognouerim, emendauerim, reformauerim, atq; auxerim: nihil minus nunc tot loca emendanda, reformanda, elucidanda, ordinanda inueni, quod cogor memoria repetere illud, quod Ecclesia Catholica Spiritui sancto illi Deo nostro æterno, donorumque omnium largitori cantat & psallit: *Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium, nihil sincerum, nihil limpidum, nihil integrum.* Cuius opem quam humillime implorando, & quæcumque dixerim, Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanae, quæ vna, vt suprema omnium est magistra, censuræ, & cuiusvis alias melius sentientis iudicio submittendo, conabor, vt hoc opus omni nationi Orthodoxæ haec tenus gratum, post hac sit longe gratius. Ob quod etiā omittimus multa, quæ ad te p̄fati fuimus in primis tribus editionibus, eo quorundam piorū, & prudentiū consilio, ne quę tunc ob aliquas causas erant opportuna, nunc eis cessantibus tibi videantur importuna. Omittimus etiam asteriscos haec tenus additos, & in hac recognitione addendos: ne frequentia eorum Lectorem remoretur, & eius attentionem impedit. Nomina item eorum, ob quorum interrogata & monita multa addidimus: quia nonnulli eorum non sunt nominari: & nonnullis aliorum nominatio displicet: & modesta prudentia, quę maxima est, Romana id quadamtenus fastidit. Vale in Christo Iesu: qui nos omnes saluet, Amen.

NON-

NON  
ORA

M ART  
niqu  
mūm (dicer  
in Gallia, de  
uentibus I  
Pont. docu  
XIII. Sixte  
nibus gratt  
XI. Cal. Iul  
D. VIII. mu  
tis. Martin

IVL II  
Mar

M Ar  
Ast animu  
Claraqu  
Ille quidem  
Solueret  
Vt tamen i  
Sic cœlo

